

Beatissime pater. Cum proximè preteritis diebus, diuina benignitate, feliciter  
confectis grauissimis illis negocijs, quæ partim cum Electoribus ac Prin-  
cipibus Sacri Ro. Imperij, partim uero in provincijs nostris Austriacis  
ad Rhenam situs tractanda subuenimus, in hunc nostram Comitatum Tyro-  
lensem peruenissemus, quo nos non modo res hinc private uocauerunt,  
uerum etiam propinquitas loci, in quo hoc tempore sacrum gnate Con-  
cilium celebratur inuitauit, ut pro ea cura, quæ nobis ut Ro. Imperij  
et supremo Ecclie aduocato, et protectori incumbit, salutem et uti-  
litatem ipsius promouendi, de eius statu ex parte editi, et quæcumq;  
in re opus foret, fauore, auxilio, et patrocinio nostro præsto essemus,  
Magno profecto cum animi nostri dolore intellesimus res sacras  
illius Synodi non eo modo, ac ordine procedere, quo nos cum omnibus  
pijs uellemus, et afflictus Reip. Christianæ et presentim oppressæ,  
et deficientis in dies magis, <sup>ac magis</sup> Catholice nostre religionis status expos-  
ceret. Ita ut uerendum sit, nisi prope salubria adhibeantur reme-  
dia is futurus sit Concilij ~~exitus~~ <sup>ab</sup> exitus, qui et uniuersis Christianis  
orbi scandalum, et offensionem præbeat, et ijs qui obedientiam <sup>ab</sup> S. V.  
ac S. Sedis Apostolicæ receperunt, uidentem materiam, et illas  
quas amplexi sunt alienas et discrepantes ab orthodoxa fide  
nostra opiniones maiori obstinatione retinendi incitamentum  
exhibeant, ut tamen multa alia taceamus, certe ualde inconueni-  
ens.

niens videtur rem in eum locum esse deductam, quod iam aliquo  
mensium spacio nulla fuit celebrata sessio, et quod gravius est, ad  
nos et alij Christiani orbis Reges, ac Principes Cat<sup>h</sup> gaudentes  
qua Catholicorum unitate, et concordia, speramus dei beneficium aliquo  
futurum, ut Cat<sup>h</sup> religionis nostrae adversariis inter se opinionibus  
sacris distinctis, et inuicem altercantibus, et pugnantibus ortu  
fides nostrae reflouescat, sicut, certe manifestum est eorum discordia  
restaurandam religionem Catholicam plurimum afferre momenti. Pro  
dolor, ipsi quoque patres et doctores in Concilio essentes ad contentio  
nes et dissidia maxima iactura, et dictorum adversariorum iubilatio  
praeerumpere incipient. quae quidem incommoda, sicut S<sup>em</sup> V. nequaquam  
latere arbitramur, ita quoque persuasum habemus S<sup>em</sup> V. quae eius est  
eximia pietas, et optima in rem Christianam voluntas, ut comunem  
parentem, libenter eas vias ac rationes inquiram per quas exorta  
difficultates explicari, et negotia illa ad gloriam ac laudem dei  
nominis, et ad beneficium uniuersae Christianitatis dirigi queant  
ut tandem superatis praeteritis dissidiis, et motuum procellis optatum  
quietis portum attingamus, circumferuntur quidem rumores, et ser  
mones quorundam non admodum comodi, neque nobis grati videtur  
S<sup>em</sup> V. cogitare de dissolutione, vel saltem suspensione ipsius Concilij  
quibus tam rumoribus nescimus, an sit adhibenda fides, et existimamus  
S<sup>em</sup>

<sup>tem</sup> S. V. si quid eiusmodi habent in animo, hoc potissimum perplexo, et <sup>intricato</sup> ~~causato~~  
 res, statu, qui videtur in Concilio esse ad id fuisse inductam.  
 Nos u<sup>o</sup> ut S. V. pro eius equanimitate, et paterna in nos uoluntate,  
 mutuoq<sup>ti</sup> nro in S. V. <sup>tem</sup> filiali studio, <sup>quod</sup> ~~et~~ sentimus, ingenue patefacimus  
 longe secus uideremus, etenim nro iudicio ~~praeferretur~~ no<sup>o</sup> ceptum  
 fuisse Concilium q<sup>o</sup> imperfectum relinqui et suspendi, ne du<sup>o</sup> preter  
 nram aliorq<sup>o</sup> Principum, et Regum expectationem et consensum  
 prorsus obrumpi atq<sup>o</sup> dissolui, in qua sententia confirmamur, non  
 leuibus <sup>ut</sup> nobis uidentur, rationibus. Dimendum namq<sup>o</sup> foret, ne  
 ex ista suspensione aut dissolutione ultra scandalum quo totus  
 offenderetur Christianus orbis, ac preter S. V. et totius orbis Eccle-  
 siastici contemptu et uilipendium, quod et Saec<sup>o</sup> et futuris Decerne-  
 ricis Concilijs inferretur, alia quoq<sup>o</sup> irreparabilia mala mox conse-  
 querentur, maior uideat<sup>o</sup> Cels<sup>o</sup> religione defectis et iactura,  
 interitusq<sup>o</sup> illar<sup>o</sup> etiam exiguar<sup>o</sup> reliquiar<sup>o</sup> Populi Catholici, quae  
 adhuc supersunt, cum in sacri Ro<sup>o</sup> Imperij iurisdictionibus ac Regnis,  
 et Dominijs hris hereditarijs, tam et in alijs Regnis, atq<sup>o</sup> Prouincijs  
 si quidem frustrate ea quam in hoc Concilio posuerant fiducia, ipse  
<sup>seductoribus</sup> quoq<sup>o</sup> Aures facilius prebiture, neq<sup>o</sup> de futuros credidimus etiam  
 ex ijs Catholicis qui interpretarentur eiusmodi dissolutionem uel

suspensionem fieri studio impediendae reformationis, quam a tot annis  
expetimus, et requirimus tanquam negotium <sup>quod tale</sup> iudicamus, ut sine eo fructu  
esse videatur meliorem Ecclesiae statum sperare. Ad Sac. sanctitas. V. pro  
cul dubio recordatur, sicut ita pridem mentione fuisse facta insti-  
tuendorum Conciliorum nationalium, et illi quae S. V. semper iudicavit  
sine summo discrimine, et miseranda animorum distractione celebrari  
non posse, omnibus modis illa sibi impedienda esse duxit, neque com-  
muni ac efficaciori ratione evitandi sui periculi inuenit, quae  
gratae et Oecumenici Concilii celebrationem. Itaque nunc S. V. sapienter  
expendendum, et considerandum relinquitur, an non plenius  
Neque Christianae nationes dissolutae aut suspensae gratae et Oecumenici  
Concilii arrepturae essent occasionem refrigerandi et renovandi  
tam a quibusdam antea Sac. mentionem Nationalium Synodorum, <sup>ubi</sup>  
nunc sopitam adeoque ad rem ipsam omni ulteriori citatione rem-  
ota deventura.

Quod illarum institutum si omnino <sup>even</sup> de ~~ven~~erint executioni committere, in  
illum eventum nos non videmus, quae tandem Suiusmodi conatibus  
se se opponendi aut eosdem renovandi facultas sit superflua.  
quo circa existimamus unicum esse medium quo tot et tam insignes  
difficultates atque incommoda precauebuntur, si S. V. non patietur Con-  
Sac

Sac. grate dissolui neq. suspendi, sed operam datum est, ut ea per vias  
 debitas, et competentes ad felicem et optatum exitum producantur,  
 quod et ipsum non aliter fiet, nisi fiat serio tandem expetita refor-  
 matio, ipsiq. Concilio salva et integra sit antiqua et solita sua libertas,  
 ita ut quemadmodum informati sumus a pijs et eruditissimis viris in  
 Priscis pleniq. Concilijs, et presentim ijs, quae pro praecipuis habentur,  
 et sancta uocantur observatum fuisse, liceat nunc quoq. non solum  
 S. V. Legatis, uerum etiam Patribus, ac siniferis uiris ac alijs. Re-  
 gum et Principum Oratoribus, et procuratoribus proponere, que  
 uniuersis <sup>uniuersis</sup> ~~uniuersis~~ ad conseruandam et restaurandam religionem Cathol.  
 et obedientiam S. V. et S. Sedi Apostolicae debitam pertinere, uel  
 particulariter cuiusq. Regni aut provinciae necitem et utilitatem  
 postulare cognouerit. Pribus u. liberis, et sine metu aut respec-  
 tu dicere, et decernere quae cuiuslibet spiritus sanctus, et conscien-  
 tia suggererit, seruato utriusq. bono ordine per quem facile  
 euitabitur, si qua timetur in Sac. parte confusio, ita ut non  
 opus sit de ijs rebus, quae p. Concilium sunt determinanda  
 alioquin ex. Concilium recurrere, et plane confidimus S. V.  
 nunq. eo Consilia sua conuersuram aut permissuram, ut Sac. tem-  
 pore ex ulceratis, et turbato rerum statu in celebratione Concilij.

contra exempla maiorum non quicquam introducantur quo libertas ipsius  
sacramentum eius quodammodo impediatur, seu violari videatur. Sed eam  
tamquam conservatorem ac simul etiam apud Legatos et Patres Concilii  
curatorem, ut negotium reformationis considerata inevitabili eius  
necessitate, omni quo poterit studio promoveatur, quo nomine  
S. V. impensissime oramus, et obsecramus.

Nec vero S. V. hoc loco suspicari velit, quod <sup>magnis</sup> magis a S. V. precibus  
petimus, Nos id agere, ut S. V. Legem prescribamus, aut eam quo magis  
officio suo pastorali fungi debet instruamus cuius sapientiam  
pietatem, et <sup>in</sup> regenda Ecclesia felicitatem magnificimus, aut etiam  
eam superioritatem, dignitatem, vel auctoritatem, quae eidem S.  
V. iure ac merito competit labefactemus, vel in dubium vocemus,  
eius tuenda ac conservanda sacrosanctus semper fuimus, erimusque  
post haec etiam omni tempore studiosissimi, non recusaturam  
eam ob eam, alios unquam labores, curas ac molestias adeoque fortissimum  
vrum, et salutis discrimen si necessitas postularet subire. sed postea  
teaque varia ad nos de presenti statu Concilii allata essent quibus  
Somines, tam a S. V. et sede Apostolica, quam a Concilio magis magis  
alienare viderentur, et quae gravissimis incommodis ansam facile  
prebere possent, existimavimus nostras partes esse tamquam Primogenitum

et obedientissimi Ecclesie filij eiusdemq; aduocati ut <sup>tem</sup> S. V. de eisdem  
 certionem redderemus, et ipsa prudentia sua diuino inuocato au-  
 silio ab Ecclesia tanta mala propulsaret, officiose rogaremus,  
 et exhortaremur, id quod <sup>tem</sup> S. V. pro animi sui moderatione, et  
 paterno in nos amore benigno, et aequo animo latuerem, et sic  
 quae commemoratae sunt incommodis, aptum et conueniens remediū  
 adhibituram esse. qua in re pollicemur nos S. V. filiali nos auxili-  
 o affuturos, omniaq; ea praestituros esse quae ad nos pro ratione  
 muneri nostri Caesari pertinere dignoscuntur.

Et quoniam testantur historia putiam sumorū Pontificum et Impe-  
 ratorū, in Concilijs Ecclesie et Christiana Reip. maximam sepe  
 attulisse utilitatem, nos ut sane quoq; operam Christiano orbi in  
 hac summa necessitate praestitimus <sup>tem</sup> volente Deo, ipsi met libentis-  
 simo animo ac se positos omnibus alijs grauissimis tuis diffi-  
 cultatibus ad Concilium uenimus, et progressum eius presentia  
 tua quoad unq; fieri poterit promouere, studerimus <sup>tem</sup> S. tr. V.  
 Soc loco iterum atq; iterum exire rogamus, ut et ipsa id laboris  
 suscipere, et afflicte Ecclesiae sua in Concilio patria <sup>tem</sup> fidei  
 Pastor et tuus Pater benigne consulere non grauetur.  
 Ita namq; sperandum erit exortas difficultates paruo negotio explicari,

et extinguere, et quae absente S. V. incommoditate/impostione facillime  
cum ingenti Concilij perturbatione, et impedimento, nec no<sup>tes</sup> S. V.  
insigni molestia excitari poterant, precauere et reprimi posse  
ita ut tandem diuina benignitate omnia sua debito, ac  
legitimo ordine ad optatum et letum finem peruenirent atq;  
ad laudem, et gloriam Dei semum Ecclesiae pristina pax  
ueritas, et concordia restitueretur, ad quem scopum, summa  
oia nostra Consilia, omnesq; cogitationes, et actiones nre res-  
picunt: Nec dubitamus S. V. ad eundem una nobiscum finem  
tendere a qua ad hoc nra officiosa, et e pura corde ac Con-  
fessionis Deo profecta, scripta, primo quoq; tempore benignum  
et paternum responsum expectabimus, quam Deus misericors  
Ecclesiae suae quam diligentissime saluam, et incolorem cosem-  
dat in spiritus iij Martij. M. D. LXij.

Gerhardus Primus Imperator